

SUPREMUS HONOR
POST OBITUM
PIENTISSIMÆ FLORENTISSIMÆ
MATRONÆ

DOROTHEÆ HEISEL-
MEIERIAE,

VIRI

EXCELENTISS. CLARISS. DOCTISSIMI

DN. ERNESTI KÖNIGS/

Gymnasii Thoruniensis Rectoris meritissimi,

UXORIS DESIDERATISSIMÆ,

Cum XI. die Decembr. Anni M.DC.LXXV. dena-
ta, XV. ejusdem in æde B. Mariæ solemniteritu sepul-
chro sset inferenda,

PIIS MANIBUS
EXHIBITUS

GYMNASII PROFESSORIBUS,
& reliquis Docentibus.

THORUNII,

Inprimebat Johannes Cœpfelius, Gymn. Typograph.



¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

Ix bis Luna suos rubicunda recurrit in Orbeis,

Signaq; Zodiaci, vix duo Sol tetigit;

Cum mibi, (Vulnera sed spumantia sanguine, nondum

Quæ coiere mibi, quid refricare juvat!)

Cum mibi (Labra rigent: tepidis vox faucibus barcit:

Et vix corda suo stant tremebunda loco!)

Cum Marianna mibi dulcis Krigeria Conjux,

Supremum frætum diceret ore, Vale!

O Marianna mei Pars optatisima cordis!

O jucunda mibi Portio Krigeria!

Heu frustra queror! heu vanam non sanguis inibit

Effigiem, dum Vox Judicis alta sonet!

Affundens alios inter solamen Amicos

Ossibus attriti mellæ Verba dabis.

Verum Te quoq; nunc suavi DEUS ipse Maritæ

Orbat, & abrumpit frigida tumba torum.

Quantus sit dolor hic, medium se tradere terræ

Hactenus ignorans, experiendo tenes.

Quod fidi jam sit, non uestio, munus Amici.

Ut consolatum Te, pie Rector, cam.

Epsi sed sexcenta domi nascuntur eorum,

Quævis anime requiem conciliare potes.

Scis Dominum, sibi qui dilectos percutit omnes,

Sed patriâ prorsus, sed miscrante manu:

Scis, quod nostra sibi præfigat commode, quodq;

In lucrum nobis cedere cunctæ velis.

Scis, quod dissociet nos Mors, non ocyus autem,

Quam vita lethigij Arbitry ille jubet.

Scis, quod in eternum non hac disjunctio duret,

Sed Tua quod rursus, sit socianda Tibi.

Scilicet hac spes est, quæ nos vel sustinet una:

Non redeunt ad nos, qui semel hinc abeunt.

Verum

Verum nos leti quondam venimus ad illos,
Et simul ad Dominum. Qvod velit ipse citò?
Collegæ & Compatri honor,
Lmq; ser.

M. JOHANNES Neunachbar
Ecclesiæ Thor. Senior.



Nvida quid Libitina paras? Qvo funere tandem
Exsatiata sines tot pressam mortibus ægrum
Pregeniem relevare caput? Stupor occupat artus,
Dum reputo, qvoties non longo tempore mœstam
Uxori indueris pallam, Matriq; fideli.
Florebant hilares, inconcussiq; Ponates;
Nil mœstum; facili cedebant omnia voto,
Invenere viam liventia Fata, piamq;
Intravere domum. Sævâ prosternere falce
Corpora natorum non est latis: urget, & inflat
Morta ferox, ipsumq; petit malesana Parentem.
O quantum dedit hæc strages tristissima luctum!
Qvot lacrimis Urbs tota, qvot extimefacta madebant
Pectora turicolum! Dejecto lumine casus
Volverbat tacitâ qvivis sub mente futuros.
Sed vestros qvæ lingva queat memorare dolores,
Conjunx fida, pia Natæ, & Tu, mascula proles?
Redditur hinc ætas terris his terq;: sed illis
Non prorsus Laribus fletu caruisse licebat.
Immatura etiam ducuntur funera: charæ
Excuditur digitis Aviæ spes magna Nepotis.
Hæc præsaga mali longè majoris. Oborta e^a
Collectis demum tempestas tota procellis,
Carpitur eximium Fato dilecta decorem
Filia, qvæ superat dulcissima, maxima natu,
Atq; Virum cum Matre simul diffindit amaris
Luctibus. Heu sortis summum miseræ iacentementum!
Ut quondam Niobe infelix orba resedit
Exanimes inter matos, uatasq; virumq;

D^r.

Dirigitq; malis: Genitrieis sic quoq; vestras
In vultu color est sine sanguine; lumen in oculis
Stant immota genis; vix ipsam vivere credas.
At vultus miser quis verbis, quælo, Matiti
Exprimet? An frustra est? ori præstatq; gementis
Vela Timaneheis paria obduxisse? Putamus.
In laudes juvat ire tuas, Matrona. Nitere
Quamlibet antiqua præclarus origine sangvis
In te, non tamen hac tantum tibi dote placebas,
Virgineo permixta choro dum vixit, honoris
Atq; pudiciræ flagrare cupidine mira,
Comiter affari cunctos, haud durior ulli,
Quoslibet ad nutus accurrere visa Parentum est.
Nec levius, sociata Viro, curavit ut illum
Officiis & amore sibi constringeret arcto.
Maternos animos quid persequar? Unica nobis
Lucet in exemplum constantis Gnata favoris.
Huic utinam Fratrem servassent Fata, vel istis
Pignora plura thori licuisset tollere! Qæ non
Affectus teneri, Genitrix pia, signa dediles?
Sed jacer, atq; tuos, ecclæsti sede locatus
Sperat in amplexus, caris cum Fratribus, ipso
Cum Patre, qui genuit, eujusq; exinde fulti
Numquam cura minor. Manes hos cernere magnis
Passibus acceleras, nec Te terrena morantur,
Piena malis, quæ non, vexato corpore morbis,
Effugeres, lethi nisi rapta potentibus armis.
Ergo iussa lubens mortales exuis artus,
Affetasq; Poli sublimia gaudia, nullis
Interstincta doloribus, aut, formidine nulla.
Nec cadis immatura. Satis prætentibus usus
Est, sua quem pietas evexit ad ardua Cœli
Culmina, nos omnes quorum tenet arcta cupido.

Honoratis, Domino Collega ac Compatri, totiq; Nobis.
Familia in solarium scrib.

Johannes Meierus, Gymnasii Professor.
Prodig

Parodia Odes 20. Libr. 2. Horat.

quā Poēta Famæ sue immortalitatem afferit.

Non usitato, nee solito feror
Ritu triumphans per liquidum aethera
Sursum, neq; in terrū morabor
Longius, insidiug; major
Orbem relinqo. Non Ego Filia
Pecantis Eva, non ego, quam votas,
Dilecte JESU, jam peribo,
Nec stygiā cohibebor undā.
Jam jam resedit Tempestes mala
Pulmonis, album mutor in Angelum
Superna: nascunturq; ptuine,
Quis lever hinc rutilas ad arces.
Jam Dädaleo ocyor Icaro
Viso nitentis sidera Regias,
Orbesq; caelestes beatæ
Mens, Paradisiacosq; campos.
Me Christus, & què Trubagion sanis
Sacra Cohortu Cætus, Olympii
Vident coloni, dum salubre
Ambrosiā sine fine pascor.
Sunt hæcenus qvæ scripta mea manus
Divinioris Dogmata Spiritus,
Jam vera sentio, fruor jam
Perpetuā pietatis arribæ.
Valete Cuncti, Vivite Sospites,
Marite dulcis, Filia parvula,
Fratres, Sorores ac Amici,
Optima Mater, in Urbe Civies
Absint inani funere nenia,
Luctusq; tristes & querimonia.
Jam vivo felix, ac Sepulcri
Nolo supervacuos honores,
In Fono em beate defunctæ, & Solatorem
Honoratis. Dni. Vidui ovu[n]a[er]e e.
Wenceslaus Johannides, P. P.

Premissa digna coli fuerat, quam sustulit atrox
Mors, & Gymnasio funera mortua dedit.
Clari Rectoris Nostri Dulcissima Conjur,
Hebe quam gremio nutrita alma suo.
Virtutum Cultrix, veræ Pietatis amatrix,
Et pariter Sexus gloria multa sui.
O miseram Sortem! Mortali Semine cretos
Sic Omnes, cheu, mors inopina rapit.
Nox perit tamen illa D E I charissima Proles;
Sed fruitur Cœlo, sidera pulchra tenet.
Siste pios igitur, Rector mæstissime, fletus,
Exhilares rursum Teq; Tuosq; DEUS.

Consolationis & Condolentiae C. scripsit

Michael Bapzihm, Cantor.

Et Tibi, Clare Virum, rapiunt nuns inyida Fata
Uxorem charam deliciasq; tuas.
Flebilis heu! cecidit multa inflare juventa,
Non secus intacta quam Rosa pulchra somis.
Difficile est, fateor, vita consorte carere,
Et non ad curas Conjuge posse frui:
Conjuge, qua morum nitido radiabat honore,
Virtutum & cultrix & Pietati erat;
Illiuit ast perpende graves per membra dolores,
Quos tristi in lecto nocte dieq; tulit.
Non porrò hos sentit cœloq; astrisq; receptas
Sed cum Supremo gaudet ovatisq; D E O.

Condol. fec.

Georgius Lehmannus, Gymn. Coll.

Hoc est humanum, quod solum, quando reposcit
Per Lethum à nobis, quod dedit ipse D E U S.
Ergo cui luctus ratio, Clarissime Rector,
Collegas omnes commoveratq; premit,

Qvis

Quisnam etenim talem Casum, tam tristia fata
Non fleat, ut madidas irriget imbre genas &
O vires Lethi! Mors eheu frigida saevis?
Et nulli mortis parcere jura volunt?
Ad Christum fugimus, Christus spes unica nostra,
Ipse facit, post ut prosperiora fluant.

Augustinus Wagner, Coll. Gymn.

Magnum Pieridum Nomen & arduus
O vertex! Sociam Mors rapuit Tuam:
Eletus materia es Nostris:
Sortis materia es dolens:
Nostre. Cuncte dolent. Aelius furor
Et Scylla rabies detonat in domos.
Una Gymnasi & Tuam:
Hec est nostra Propinquitas:
Sed Phæbum memor es Te Studia datum:
Arbu vel Medicum vel Grave Gaudium:
Aduic Gymnasio & nobis
Vitam & sidera post Netos.

Condol. fec.

Franciseus Sartorius, Gymn. Coll.

Humani Pater est generis communis amandus:
Jupiter: ast Patre quid dulcius esse potest?
Patria nostra polus: sed non jucundior omnes
Mansio mortales, atq; paterna, manet.
En Patriæ ad sacrum penetrale revertitur Urbis
D'OROTHEA; ætherium visitat ipsa Patrem.
Ecquid ei, quæso, potuisset gratius istis:
Accidere in terris; quid meliusve & Nihil.
Nos speramus idem cuncti, conatus unum hoc
Sectamur magnis, illa quod obtinuit.
Ergo nos functa lachrymas non fundere fas est,
Sed gratos potius concelebrare D E U M.

Paulus Braunius, Gymn. Coll.

Vigo-

1.02.962

Vigore Morbos, & Caduca Mansuris,
Mortemq; Vitâ Mortis omni experte,
Solumq; triste Regiâ Poli latâ
Tua, Magne Fautor, quando Costa mutavit,
Cor excedentium desinas querelarum.

Fridericus Crusius.

Quis novus hic luctus Musarum personat ædes,
Quosq; novos planctus justa querela ciet?
Scilicet occupubuit Vitæ svavissima Coniux
Nominis ut magni, sic pietate, VIRI.
Siccine grassatur trucis inclemens mortis,
Vibret in innocuas ut sua tela domos?
Non satis est vitæ sociam cecidisse Ministri,
Sacrum qui eæcum more decente regit;
Sed quoq; persequitur svaves Heliconis alumnas,
Et rapit Aonidum mors inopina decus.
Hunc durum deserto piis, mea Musa, querelis
Casum, quem iubuit tristis Apollo Tuus,
Solamen cordis, grato de corde preceris
Huic, qui te dulei sâpe levavit ope.

Johannes Strompf, Hung.

